



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniae, 1658

§. 123. Clamabant dicentes: crucifige; crucifige eum. v. 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45556

sunt, quemadmodum Elephantes ostendo sanguine. Ecce tibi serpentes novos quos non est fas incantare, Basiliscos videlicet, qui macula in capite velut diademate insigniti, etiam solo sibilo fugant serpentes alios & afflatu necant frutrices teste Plinio lib. 8. c. 21. Tales erant Pontifices sacerdotum & Seniores diademate sacro seu tiaris redemiti, & quia tales, Principes inquam, & Seniores nulla ratione humana poterant incantari, ut sententiam mutarent, etiam nocentissimo, & quasi innato, invidia veneno pleni, eius afflatu infecerunt etiam plebem, & suo sibilo cedere sibi fecerunt populum universum. Sed qui fieri potuit ut populus induceretur ab illis in tam rursam & manifestam culpam? Primo suorum Principum auctoritas praesertim cum ad malum ducunt, & rursus quando tantum furore agunt: si enim Pilatus panico illorum furore correptus est, ut non auderet facere quod volebat, quanto magis populus? alterum poterat esse argumentum quod Christus non esset de hoc mundo, si enim de hoc mundo esset, mundus quod suum est diligeret: nunc autem odio eum habet ac licet initio blandiatur quamdiu ei benefeceris, ad extremum tamen te deseret & expellet, quemadmodum Dalila Samsonem prius delinitum blanditijs, postea a se repulit & Philistaeis tradidit.

O Infatiabiles odij animi! o peccata tygribus truculentiora! *Esse homo,* inquit gentilis ille praeses: Considerate Iudaei si quid hominis in ipso videre est, in quem summa iam deservit inhumanitas, si forte commiseratione aliqua commoveamini, nihil hominis, sed plus ferae canibus agitatae referens, oppletus opprobrijs, minoratus vilissimoque mortalium magis exinanitus.

§. 123. Clamabant dicentes: crucifige, crucifige eum. v. 6.

Iterum perversus ordo iudicij, Accusatores dicunt Iudici sententiam: imo imperant & Iudex hoc sinit & audit cum prohibere possit. Quis hoc ordine iniquus? Dominus tamen toleravit in se, ut disceremus ab ipso esse mites & humiles corde, cum mundus furit & sisti nequit.

Fla Christiani nolite nimium agrefcere, si videatis in loco iudicij iniquitatem: sed scitote quia haec omnia adducet. Deus in Iudicium ibi examina buntur Acta omnium saeculorum & iudiciorum. Si hic oppressi estis subinde, ibi relevabimini.

§. 124. Dicit eis Pilatus: accipite eum vos & crucifigite. v. 6.

Cum videret Praeses ad spe & aculum mirabile, tragicaeque crudelitatis